Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8496
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



et sancte uias meas uoluit.
qui gens que iustitiam fece
rit. et iudicia dei sui non dere
liquerit. Rogant me iudi
cia iustie appropiare deo.
uolunt. Quare ieiunauimus
et non aspexisti: Humilia
uimus animas nostras et ne
sciisti: Ecce in die ieiunii uel
tri inuenietur uoluntas
uestra. et omnes debitores
uos repetitis. Ecce ad lites
et contentiones ieiunatis. et
percutitis pugno impie.
Nolite ieiunare sicut usque ad
hanc diem. ut audiatur
in excelso clamor uestr. Ni
quid tale est ieiunium quod
elegi: potiem affligere hom
inem animam suam: Nunq
torquere qui curui capud
sui: et saccum et cinerem
sternere: Nunquid istud uo
cabis ieiunium. et diem acceptabilem domino: Nonne hoc est
magis ieiunium quod elegi:
Dissolue colligationes iniqui
tatis. solue fasciculos
deprimentes. Dimitte eos
qui confracti sunt liberos. et
omne onus dissiupe.
frange esurienti panem tu
um. et egenos uagosque i
duc in domum tuam. Cum uide
ris nudum operi eum. et carne
tua ne despexeris. Tunc erum
pet quasi mane lumen tuum.
et sanitas tua cito orietur
et ante ibit faciem tuam iusti
tia tua. et gloria dei colliget te. Et
uocabis et dominus exaudiet. cla
mabis et dicet. ecce adsum. qua
misericors sum. dicit dominus
tuus. Gr. Quam pecis domino
hanc requiem ut iubicem in domo
dei Vt uideam uoluntatem dei
et protegar a templo sancto eius. Sui
illo t: Dicit Machenum
i. d. s. Iudicis qui dam est
diliges proximum tuum et odi
es inimicum tuum. Ego autem
dico uobis. Diligite inimicos
uestros. benefacite his qui o
derunt uos. et orate pro perse
quentibus et calumpniantibus
uos. ut sitis filii patris uestri qui
in celis est. qui solem suum ori
ri faciat super bonos et malos.
et pluit super iustos et iniustos
Si enim diligitis eos qui uos
diligunt. quam mercedem ha
bitis: Nonne et publicani hoc
faciunt: Et si salutauerit fra
tres uestros tantum. quid amplius
facitis: Nonne et ethnici hoc
faciunt: Estote ergo et uos